

Ovatio for Ann Kiernan

Quo usque tandem abutemur, sodales, patientia nostrae jurisconsultae peritissimae? Quamdiu etiam ovatio eam eludet? Nihilne praescripta documentaque pro sodalitate nostra renovata, nihil maxima cum sapientia rationes de delatoribus vexatoribusque creatae, nihil rationes de commodis inter se, velut Symplegades, confligentibus scriptae, nihil consilia omnibus de rebus legitimis libentissime et gratis nobis suppeditata, nos moverunt? O tempora! O laudes!¹

Filia tribunae Novocaesariensis callidissima, ex urbe quae numquam dormit orta,² latrocinio Aquaportae³ incitata est ut iurisconsulta fieret. Sicut eques coccinatus,⁴ quae apud Universitatem studuit quo in loco Sol iustitiae et occidentem illustrat,⁵ nobis in angustiis persaepe subveniebat. Immo vero etiam diligenter curavit ut sodalitas nostra cursum rectum inter implacatam Scyllam atque Charybden voracem,⁶ in alto latentes, tenere posset. Plaudamus igitur Ann Kiernan.

Translation

How long, pray, good colleagues, will we abuse the patience of our most skillful lawyer? How long will an *ovatio* elude her? Do not the bylaws and documents that she updated for our association, do not the policies she created with the greatest wisdom about whistleblowers and harassers, do not the policies she wrote about conflicts of interest, clashing with one another like the Symplegades, does not her advice about all legal matters furnished to us most generously and *pro bono* stir us? O the times! O the praises!

The very bright daughter of a New Jersey assemblywoman, born in the city that never sleeps, she was spurred on by the Watergate burglary to become a lawyer. Like a Scarlet Knight, who studied at the University where the Sun of Justice illumines the West also, she has very often rescued us in dire straits. More than that, she in fact carefully ensured that our association could hold its course between insatiable Scylla and devouring Charybdis, lurking in the deep. Let us therefore applaud Ann Kiernan.

¹ Cicero, *Cat.* 1.1-2.

² i.e., New York.

³ Watergate: A scandal that involved a break-in and burglary at the Democratic National Committee headquarters in the Watergate complex in Washington, DC in 1972, and a subsequent cover-up by people who worked for President Richard Nixon.

⁴ The mascot of Rutgers is the Scarlet Knight.

⁵ The motto of Rutgers is *Sol Justitiae et Occidentem Illustra*.

⁶ Vergil, *Aen.* 3.420.

Faye Bakovsky, M.A.

Patricia Craig, M.A., Catholic University

Timothy Renner, Ph.D., Montclair State University